



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Sexta Conclusio. Iudex in torquendo non debet adhibere modos exquisitos & non consuetos, sed solitos, & à consuetudine approbatos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Sunt homines laboribus, & nunquam quam
diu vita agitur, tormenta definant.

Sexta Conclusio. *Index in torquendo non debet adhibere modos exquisitos & non consuetos, sed solitos, & à consuetudine approbatos.*

BRVNVS in tract. de indicij & tort. Damhauder. in rerum Criminalium praxi, cap. §7. à num. 17. Franciscus Pegna in 3. par. direct. commento no. Gomez. loco cit. Julius Clarus lib. 5. §. fin. pract. crim. q. 64. n. 36. & alij passim alibi. Est autem generaliter vsu frequentior in multis prouincijs modus funetorquendi, qui etiam solus videtur ex iure colligi. L. Nullius. C. ad L. Iul. Maiest. Hinc DD. Iudices novos & inusitatostorquendi modos inuenientes, aut inuentis vtentes, carnificibus comparant. Et sanè in hoc maleficij criminе durum & inhumanum, imò ab omni humanitate alienum est, quod quandoq; Iudices non meminerint, seagere cum hominibus, quando diros & omni tyrannide & crudelitate plenos torquendi modos adhibent, vt candelas ardentes carni apponentes, aut oleum calidum infundentes, &c. Iudicis enim officium est, iudicio, ratione & discretione vti in his, quæ circareū agenda sunt, & carnifci torquenti modum & regulam præscribere, ne quid nimis fiat, &

Xx ipse

690 COMMENT. IN TIT. C.
ipse sceleris & iniustitiae particeps fiat.

Septima Conclusio. *In hoc criminis maleficij nemo aut ratione dignitatis, aut pretextu priuilegij excipitur à tormentis.*

HAEC Conclusio clara est ex L. presenti, & communis sententia. Dictum, ratione dignitatis & priuilegij: quia ob corporis infirmitatem, & partus periculū, nec in hoc criminis nec in alijs exceptis quispiam torquendus est, ut post alios Gomez. in d. cap. 13. num. 3. ostendit. Mulier autem prægnans, propter periculum partus nec terreri debet, ut recte obseruauit Franciscus Pegna in 3. part. directorij, comment. 39. in lit. D. Quoniam etiam ex terrore & comminatione possit sequi aborsus. Expendendum ergo est cum prægnante donec perpererit, & integrum valetudinem post partum recuperauerit.

Octaua Conclusio. *Quando ex sententia & decreto Iudicis reus torquendus est, & tortura veritas eruenda, id faciendum in praesentia iudicis, & ad minus duorum scabinorum, nec non scribae iudicij, aut notarij.*

HANC Conclusionem satis comprobat Constitutio Carolina in art. 47. & usus omnium